



**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non
Problematicæ Disquisitiones ... Volumen ...**

Virtvtes Theologicæ. Libro Triplici Fidei, Spei, & Charitatis materias expono

**Escobar y Mendoza, Antonio de
Lugduni, 1663**

Cap. 13. De Scandalo.


[urn:nbn:de:hbz:466:1-80695](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80695)

Se&t.I.De Charitate Recept. Sent. 135

denum ipso facto excommunicatur. Per
Pium IV. priuatur Beneficiis, Dignitatibus,
Officiis Ecclesiasticis, & inhabilis ad illa in
posterum obtinenda redditur. Sayr. *de censur.*
l. 1. c. 21. num. 21. Bullarium apud Quarantam
fol. 118. Filliuc. *tr.* 1. §. n. 10. & Saard. *de censur.* d. 31.
sect. 4. n. 48. Laym. l. 3. *tr.* 3. p. 3. c. 5.

In sequentibus tamen casibus existimo
p̄fatas p̄nas locum habere. Primò qui
alium prouocat ad pugnandum, nullo statu-
to, loco, ac tempore, nò afficitur excommuni-
catione, etiam in terminis Bullæ Clementis.
Quia actio hæc non habet requisita ad Duelli
constitutionem. Secundò non incurrit excommu-
nicationem, qui ad locum duelli accessit
causa inspicendi, dummodo actus ad pugnam
proximus secutus non sit: imò ex occulto
duellum aspiciens, vel obiter transeundo.
Quia non est spectator ex industria, ac
proposito. Tertio, p̄nas non incurrit
qui cum altero contendens cum armis ca-
reat, domum adit ad arma capiendâ, nulla
facta ad duellum pronocatione: & postmo-
dum rediens ad inimicum, certamen inter se
instituant. Quia pugna hæc potius dicitur
rixa, quam duellum, cum non sit ex conditio,
loco ac tempore statuto. Quarto denique,
non incidit in p̄nas, qui ratam habet pro-
uocationem, vel pugnam, vel aliam actionem
in Bullis Pontificiis expressam suo nomine fa-
ctam. Quia superior vult p̄nam ad ratiha-
bitionem extendere, solet id exprimere: & rati-
habito non comparatur mandato in p̄enis,
nisi exprimat. Filliuc. *tr.* 1. §. cap. 5. num. 112.
113. & 114. Bonac. *tom.* 3. d. 1. q. 3. pun. 8. num. 14.
Diana p. 3. *tr.* 6. resol. 1. Floron. *de duel.* c. 6. §. 2.
Naldus *v. Duellum*, n. 2. Lessi. l. 4. c. 4. dub. 11. n.
83. Ricci. *in praxi*, to. 3. *ref.* 42. n. 2. Reginal. *lib.*
2. n. 77.

Quando duellum non fuit euidenter no-
tum, non potest Parochus defunctum in illo
Ecclesiastica sepultura priuare. Quia publica
p̄na infligenda non est nisi publicæ culpæ.
Quando vero esset Parochus notum, duellum
posse per sufficientes testes probari, tenetur
causam Ordinatio remittere, antequam cada-
uer sepeliatur, vt sumaria informatione premis-
sa, sententiam ferat. Quia Parochus vt legis
huius minister debet eius obseruationem pro-
curare sicut in seculari foro ad inferiores mi-
nistros, qui ex Officio sunt deuincti, attinet
denunciare Superiiori huiusmodi legum trans-
gressiones, quando delictum posse probari no-
tunt. Peregrin. *de Duello* q. 7. n. 3. & alij.



CAPVT XIII.

De Scandalo.

SCANDALUM est dictum, vel
factum minus rectum, præbens al-
teri ruinam occasionem. Dicitur, Di-
ctum, vel factum, quia peccata
mentalita neminem possunt scā-
dalizare, cum vt talia sint ignota. Dicitur, Mi-
Escrib. & Mend. Theol. Moral. Tom. VI.

ius rectum, non malum, quia sepe actus ex se
bonus propter speciem mali, quam præfert,
induit scandali rationem, vnde caret debita
rectitudine. atq; adeo simpliciter est malus, vt
ait Philosophus 2. *Ethic.* c. 16. Dicitur. *Præbens*
ruinam occasionem, non causam; quia nemo alte-
rum inuitum potest ad peccatum impellere
humana enim voluntas à nulla re extrinseca
tanquam ab efficaci causa potest ad peccan-
dum induci; solum ergo potest esse occasio.
Nominem autem *Dicti*, aut *facti* intelligi omif-
sio externa debet. D. Tho. 2. 2. *qn.* 43. *articul.* 1.
Sylui. *ibi* Laym. l. 2. *tr.* 3. c. 13. n. 1. Ledesm. *sum.*
de scandalo, *tr.* 4. *capit.* 5. Bonac. *tom.* 2. *dub.* 2.
q. 4. *pun.* 2. §. *vni.* Diana p. 5. *tr.* 7. *resol.* 1. Sanchez
lib. 1. *Decalog.* *capit.* 6. *numer.* 1. Azor. *tom.* 2. *lib.*
12. c. 16. q. 1.

Aliud scandalum est *Actiuum*, aliud *Passi-
uum*. Actiuum est actus attrahens ad
peccatum. Passiuum est ipsa spiritualis proxi-
mi ruina. Porro actiuum est duplex: aliud
enim per se intendit proximi ruinam, aliud
per accidens, quod non est ex industria, sed
præter intentionem; inter quæ medium est
illud, quod non quidem ex intentione
operantis, sed ex natura operis proximum ad
peccatum inuitat. Respectu operantis est per
accidens, quia præter eius intentionem: respec-
tu vero operis, est per se. quia sup̄e natu-
ra idoneum est, vt alios trahat ad ruinam: vt
si quis in conspectu filiorum adolescentum
domi alar concubinam. Scandalum passiuum
similiter est duplex *Datum*, & *acceptum*. Da-
tum dicitur id, quod vere oritur ex actiuo
scandalo alterius, & solet etiam *Scandalum*
pupillorum vocitari. Acceptum est ruina alte-
rius non vere orta ex scandalo actiuo
operantis, sed ex propria malicia, quod alio
nomine compellatur *Pharisaorum Scandalum*.
Præterea scandalum Actiuum adhuc est du-
plex, alterum *speciale*, alterum *Generale*. Spe-
ciale est peccatum, ad quod quis alium indu-
cit, spirituale ipsius damnum intendens; Gene-
rale est peccatum, ad quod quis alterum in-
ducit seu occasionem præbet: sed non inten-
dit ruinam eius spirituale. D. Thom. 2. 2. *qn.*
43. a. 1. ad 4. & a. 3. *in corp.* Valq. 1. 2. d. 102. c. 4.
n. 8. Filliuc. *tr.* 18. *nu.* 210. & 215. Nauar. *sum.* c.
14. n. 31. & 32. Bonac. *to.* 2. d. 2. q. 4. *pun.* 2. n. 2. &
3. Diana p. 5. *tr.* 7. *resol.* 1.

Inducens, & consummans cum altero pec-
catum, duplicis peccati reus esse videtur, etiâ si
ruinam spiritualem proximi non intendat. *Inducens, &*
consummans
Quia qui alium ad peccandum inducit, non
consummans cum eo peccatum, peccat placu-
lo inductionis, cum peccatum alienum indi-
centi imputetur: consummans vero simul cum
illo peccatum actionem peccaminosam exer-
cet, peccatum exequendo, vnde est proprii
peccati reus. Itaque qui alterum ad forti
peccatum inducit, simulque cum eo furtum
agit, dupliciter peccat, scilicet proprio furti
peccato, auferens rem domino inuito, & pec-
cato alieno, quatenus inducenti imputatur.
Sanch. l. 1. *Decal.* c. 6. n. 4. Valq. 1. 2. d. 102. c. 4. n.
8. Caiet. 2. 2. q. 43. a. 1. Valent. 10. 3. d. 3. q. 18. *pun.*
2. Azor. *to.* 2. l. 12. c. 16. q. 4. & 5.

Actiuum scandalum ex suo genere lethale
erit, quoties quis tenetur eâ occasione impe-
dire

134
Scandalum
actiuum suo
ex genere
est mortale.

M 2 dire

BAR
M. or.
VI. VII.
IV

ire abstinendo ab opere, quod est occasio, & non abstinere, siue sit expressa ruina intentione, siue abique illa. Quia omnis actus liber, qui est causa peccati, peccatum est: omnis autem, qui scandalizat, quantum in se est, causa sufficiens est, cur proximus ad peccatum trahatur, etiam illo non sequuto. Valent. 10. 3. d. 3. q. 18. pun. 1. Sanchez. l. 1. De cal. c. 6. n. 9. Tanner. 10. 3. d. 1. q. 6. dub. 8. n. 96.

135 Non tamen semper est mortale, etiam si proximi ruina intendatur. Quia si ruina intenta venialis sit, erit solum veniale illud ad eam inducere: tunc enim leue proximi damnum desideratur. D. Thom. 2. 2. quaest. 43. a. 4. Sylui. ibi. Azor tom. 2. l. 12. capit. 16. quaest. 7.

136 Quando scandalum generale est regulariter loquendo, si dictum, vel factum est mortale, etiam scandalum mortale erit. Similiter si opus de se malum non sit, sed mali habeat speciem, & aduertatur, fore proximo grauis ruinae occasionem, vel fuit grauis culpa illud non aduertere: scandalum lethale erit. Dixi, Regulariter loquendo, nam plures coram aliis peccantes à crimine scandalii excusantur, vel quia videntes ita sunt in bono stabiles vt nullatenus peccatis aspectatis ad peccandum moueri censeantur: vel ita prauis moribus sunt imbuti, vt peccatum aliorum nihil illos immutet, nec inde argumentum sumant ad liberius vitis vacandum, vel ita ad delinquendum faciles sint, vt illud crimen moralis eorum inductio non censeatur. Filliuc. tractat. 28. numer. 228. Sanchez libro primo Decalog. cap. 6. numer. 10. Salas tomo primo in 1. 2. tract. 7. dubio tertio sect. 4. numer. 84. Sanci. in select. dub. 46. numer. 11. Diana part. 5. tractat. 7. resol. 3.

137 In multis casibus quis censetur peccato alterius cooperari, seu alterum ad peccandum inducere, vel causam actui scandalii existeret. Primus est, quando aliqua gerit, quae de se alii licent, & inducunt ad peccatum; verbi gratia, inuitando ad furtum, homicidium, fornicationem: & haec est vera cooperatio. Quia actiones haec sunt, sua ex natura, prauas. Secundus, quando aliquid ex se indifferens gerit ea intentione, vt alter delinquat: verbi gratia, si arma vendat, vt emptor aliquem iniuste occidat. Quia cum finis hic malus sit, actionem malam efficit. Qui vero aliquid agit indifferens, ignorans, alterum abuturum, non dicitur cooperari. Quia praestans opus indifferens, non debet presumere proximum inde arrepturum occasionem delinquendi. Tertius, quando absque iusta & sufficiens causa facit opus indifferens, quo credit alios abuturos ad peccatum. Quia quilibet cauere tenetur, quantum potest absque graui suo detrimento, proximi peccatum: aliter enim faciendo, censetur, illud indirecte velle, cum in moralibus perinde sit, non praecauere malum, ac illud positue velle. Qui vero agit aliquid ex se indifferens, iusta intercedente causa, non peccat. Quia non censetur velle alterius peccatum, sed solum permittere. Iusta autem causa gerendi aliquid indifferens, quo quis credit, alterum abuturum, non solum est graue damnum, quod

ipse pateretur ab huiusmodi opere abstinendo: verum etiam alia quauis, quae prudentis iudicio iusta censeatur. Valent. 2. 2. dub. 5. quaest. 21. punct. 4. Sanchez. libr. 1. Decal. capit. 7. num. 8. 9. 10. 11. Lessli. l. 2. c. 13. dub. 3. n. 31. Sylui. 2. 2. qu. 43. a. 4. quaest. 2. concl. 1. 2. & 3. Laym. l. 2. tr. 3. c. 13. m. 4. & 5.

Peccat similiter scandalii piccolo, qui facit, vel petit aliquid ab eo, qui paratus erat ad illud agendum, siue ad peccandum. Verum si opus indifferens petat, quod remote tantum se habeat ad peccatum, tunc operans posset à peccato saltem mortali excusari. Quia haec est leuis cooperatio. Vnde vendens ornamenta, fucos, &c. quibus mulier iam parata abutetur, potest excusari à lethali, si ipso non vendente, alter venderet. Sanchez libr. 1. Decalog. cap. 7. numer. 16. Diana part. 5. tract. 7. resol. 38.

Excusari possunt caupones, & tabernarii cenam, vel ientaculum matutinum, aut pomeridianum parantes ieiunare nolenti, qui alios cibos inuenirent, ipsis cenam, vel ientaculum non parantibus. Nauar. sum. cap. 20. num. 16. & cap. 21. num. 25. Lessli. l. 4. c. 2. m. 24. Bonac. de peccatis d. 2. quaest. 4. punct. 2. §. vnic. num. 37.

Excusantur famuli parantes mensam, aut mensam inferientes, coquentes cibos &c. Quia hi non concnrunr ad comestionem illam, vt est fractio ieiunij, sed vt est quid deserviens ad refectonem, quod non est intrinsece malum, sed indifferens. S. a. verb. Peccatum, num. 9. Sanchez libr. 1. Decalog. c. 7. nu. 24. Nauar. sum. c. 20. num. 16. Azor. 10. 2. l. 1. c. 2. vlt. quaest. 8.

Minime à peccato excusatur, qui petit opus, quod sine peccato fieri non potest: & quod alter non fecisset, quamuis animo paratus esset, ad illud faciendum. Quia hoc est directè alterum ad peccandum inducere. Neque refert, quod sit paratus. Quia ad executionem non veniret, nisi tu eius causam, seu occasionem exhiberes. Vnde nullo modo licet inducere aliquem ad iurandum per falsos Deos, vel ad dandū mutuum sub vluris: quamuis ex causa liceat tale iuramentum petere, & eiusmodi mutuum recipere: puta, quando petens iis indiget, vel ad dissolutionem malefici per aliud maleficium. Quia talis petitio ad amicitiam cum dæmone pertinet. D. Tho. 1. 2. quaest. 78. artic. 4. Sylui. ibi. Layman. lib. 2. tract. 3. capit. 13. num. 3. Nauar. sum. cap. 17. numer. 262. Suar. in 3. part. 10. 3. dub. 18. sect. 1.

Nullum peccatum aliquando erit petere ab alio aliquid, si quod petitur possit absque peccato praestari: quamuis scias, alterum non sine peccato esse praestitutum. Vnde à Ministro quantumvis malo, licet petere, ac recipere Sacramenta: imo & ipsum ad ea administranda inducere, quamdiu toleratur ab Ecclesia, & ei ex officio incumbit illa tibi ministrare. Quia petes vteris tuo iure, & re bonam postulas, quā alter potest, & debet bene exequi. Scio, ex charitate permittendū illum esse, quem nolcis à peccato non recessurū si æque cōmode possis Sacramentū recipere ab eo, qui sine peccato ministrabit. Præterea quādo adeit rationabilis causa petendi, licet Sacramenta potest

Secl. I. De Charitate, Recept. Sent. 137

petere à malo Ministro tolerato, cui non incumbit ex officio illa ministrare, si ipse ad ministrandum paratus sit. Quia id non est peccato Ministri cooperari, aut ipsum ad peccandum inducere, cum ille iam se offerat ad illud peccatum committendum. *cap. Sciscitantium* 11. q. 8. D. Tho. p. 3. q. 64. a. 6. ad 2. Petr. Ledes. de Sacram. in gen. c. 6. dub. 11. concl. 9. non. Valent. 10. d. 4. q. 5. p. 1. 3. Azor. 10. d. 12. c. 17. q. 7. Diana p. 3. tr. 4. resol. 59

143 Licet pecuniam petere sub usura ab eo, qui paratus est dare. Quia hoc non est aliud, quàm peccato alterius uti ad bonum: quod non est illicitum, quando adesse causa: puta tunc necesse, sicuti providere, vel aliene succurrere: aut aliud opus pium agere: etiam ad aliquem ludum publicum, à quo non potest quis nisi indecore abesse: vel ad mercatorem honeste exercendam. D. Thom. 2. 2. question. 78. artic. 4. Petr. Ledes. de Usur. capit. 33. concl. 29

144 Licet ab Ethnico iuramentum exigere, licet ab quem scis, per falsos Deos iuraturum, si necessitate cogaris. Quia hoc non est, cooperari illius piaculo, sed iusta ex causa illo, in propriam uti utilitatem: cum petatur iuramentum quod licite praestari potest ab illo per Deum verum, & ex sua malitia male praestat. Quare ea iuramenti petitio tantum est offerre materiam ex se licitam, qua alter ex propria malitia ad peccandum abutitur. D. Thom. 2. 2. q. 98. artic. 4. ad 4. Conar. Cap. Quamvis p. 1. sum. p. 1. Paragraph. 1. numer. 20. Reginal. libr. 18. numer. 20. Filliuc. tract. 25. numer. 339. Bonacin. tom. 2. d. 4. q. 1. punct. 11. numer. 2.

145 Excusantur famuli comitantes herum, dum ad meretricem accedunt, si ab huiusmodi comitatu desisterent absque gravi detrimento nequeant. Imo & conducens concubinam ad heri domum, modo nullum eius internuncium ei deferant, sed eam solum comitentur. Quia tunc cum conventum sit inter herum & illam, & ipsa heri veniat in domum, eam in tali casu comitari, non secus est ac si heri famulus ab eunt ad meretricem comitaretur. Attamen si non esset simplex comitatus, sed active eorum, si physico famuli concubinam deferrent, ut in eorum, fellam non sufficeret, ad eos excusandos à lethali communis ratio famulatus. Quia hoc accedit proxime ministerium ad peccatum: & ideo damnatum notabile famuli existitur, ut id ei sit licitum: puta, si dominus è domo illum expelleret, & expulsi mendicare, vel penuriam pati cogeretur. Unde virgente tali occasione, famulo liceret concubinam adducere, signare locum, ubi ad sit dicere ei, Dominus meus dicit, ut eum hac nocte expectes, Domino ascendere volenti per fenestram, pedem sustinere, aut admovere scalam. Quia hæc obsequia licet sint valde peccato coniuncta, non tamen sunt secundum se, ac sua pie natura peccata: & ideo seungi à peccato per finem diversum possunt. Sanchez libr. 1. Decal. c. 7. n. 25. & 26. Navar. lib. 3. consil. de peccat. conf. 16. Manu. 10. i. sum. c. 204. nu. 3. Azor. 10. d. 12. c. 17. q. 8. S. a. v. Peccatum, nu. 9. Bonac. de matr. q. 4. p. 1. 4. n. 6. Diana p. 3. tr. 5. resol. 36. & 6. resol. 46.

Elcob. & Mend. Theol. Moral. Tom. 1.

Excusantur à lethali locantes domum meretrici etiam nulla alia iusta, & virginti causa excusante. Quia domus locatio nimis est à peccatore mota, cum non sit illius materia, neque occasio. Idem de vintario dixerim. Nam cum duo hæc hominum genera in Republica permittantur, potest quilibet eis domos locare, alia necessaria vendere absque intentione, aut cooperatione peccati. Profecto si ex loci circumstantia, ratione situs, esset specialis aptitudo ad ea patranda peccata alias non committenda: vel vicina meretricis domum conducentis plurimum feminis honestis vicinis noceret: tum quis teneretur meretrici, vel usurario domum non locare, nisi aliqua iusta causa locantem excusaret: hæc autem erit, si commode aliis eam locare non valeat. Valsq. de scand. qu. 43. a. 6. dub. 5. num. 38. Sylui. 2. 2. q. 77. a. 4. quæst. 1. concl. 5. Sanchez. l. 1. Decal. c. 7. nu. 20. Valent. 2. 2. d. 5. q. 21. p. 1. 4. Salon. 2. 2. q. 77. a. 4. contr. 6. Diana p. 5. tr. 7. resol. 26.

Excusatur puella, quæ se adolescenti conspiciendam præbet, à quo scit, se turpiter adamari, modo hoc faciat ex aliqua necessitate, vel utilitate, aut ne sese libertate prioret, vel iure exundi domo, vel ad ostium domus standi, per fenestram ve inspicendi. Quia etiam si occasione præbeat adolescenti ad illam concupiscendam: tamen huiusmodi occasio potius ex ipsius adolescentis malitia provenit: unde est occasio ab ipso accepta, & non à puella data, quæ in re suo vitur. Attamen si puella data opera abique vili necessitate se conspici adolescentis obiceret, sed quadam vanitate ducta & turpis illius amoris conscia, etsi illam non intenderet: tunc à lethali eam non excusarem. Quia teneretur spirituali proximi salutem consulere, nisi ex iusta causa excusetur. Caiet. 2. 2. quæst. 154. n. 4. & q. 169. a. 2. Bonacin. de matrim. question. 4. punct. 9. numer. 17. & tom. 2. dub. 1. question. 4. punct. 2. num. 25. Parag. vnic. Sanchez libr. 1. Decal. capit. 6. num. 16. & 17. Navar. summ. capit. 23. n. 18. & 19. & capit. 14. num. 50.

Excusantur parentes vel heri, qui filiis, vel famulis non auferunt furandi occasionem, ut aut heri. de ipsorum fidelitatis experimentum capiant, ipsosque in futurum à furto patrando auerant. Quia non gerunt, petuntve actionem aliquam intrinsece malam: sed iusta de causa negativè se habent, ob maius bonum furti permittens. Non liceret tamen offerre filiis, vel famulis furandi occasionem. Sicut nec maritus potest cum uxore peccare, ut amasio ipsam ad adulterium sollicitanti consensum fide præbeat, ut amasius deprehendatur, & percutiatur. Quia hæc sunt intrinsece mala, & ad peccatum cooperatio. Sanchez de matr. libr. 10. capit. 12. numer. 51. & 53. S. a. verb. Peccatum 5. numero 7. Sanci. in select. dub. 35. numer. 12. Molin. tom. primo tract. 3. d. 99. numer. 18. Navarra libr. 3. de rest. capit. 4. num. 127.

Non est licitum communiter depingere amasio concubinæ imaginem: si putetur Haud licet amasium ea ad libidinem usum. Quia communiter huiusmodi picturæ traditio homini sic pingere conperdito est quasi datio gladij, occidere concubinam parato. Communiter, dixi, quia non est id genus.

M. 3. adeo

146 Et locantes domum meretrici vel usurario.

147 Et puella, quæ adolescenti conspiciendam præbet, à quo scit se turpiter adamari.

148 Et parentes aut heri.

149

BAR
M. or.
VI. VII.
IV

adeo intrinsecè malum, quin aliquando liceat. Imo cum hæc actio de seindifferens sit, & bono vsui valeat deferuire, ac proinde ex aliqua graui causa honestari: lethale erit, huiusmodi imagines depingere ex metu mortis, vel uoluntatis. Verum amissio lucri ex abstinentia à tali pictura causa grauis minime erit. Azor. *tomo secundo libr. 12. capit. ultim. questione nona Bonac. de peccat. d. 2. question. 4. punct. 2. §. vnic. num. 9.*

150
Peccantes publice tenentur scandalum manifestare ob periculum, cui se exponunt, ruinæ proximi. Nec satis est, fateri, se dicto, vel facto alterum scandalum fuisse, sed speciem peccati, ad quam incitauit, fateri debet. Imo quantum fieri poterit, numerus personarum exprimens est, quibus data est ruinæ occasio, etiam si vnica vice, & vnico peccato coram eis perpetrato detur. Quia sicut explicitè inducere multos ad peccandum, auger peccatorum numerum in confessione necessario exprimens: ita prauo exemplo inducere. Filliuc. *tract. 18. nu. 226.* Sanchez *libro primo Decalog. capit. 7. numer. 40.* Layman. *libro primo tract. 2. cap. 10. numer. 3.* Diana *p. 5. tractat. 7. resol. 3. & p. 6. tract. 6. resol. 33.* Sylui. *2. 2. question. 43. artic. 3. concl. 2.*

151
Nullum peccatum est patrandum, ad vitandum scandalum proximi. Quia nullum peccatum etiam veniale in bonum aliquem finem dirigi potest: habet enim malitiam quandam respectu finis infinitam adeo, ut à nulla finis bonitate valeat exauriri: verbi gratia, men-

riti ad totam aliquam Prouinciā seruandam. Et quia quilibet debet se ipsum magis diligere, quam alterum quod non faceret, si veller potius Deum offendere, quam ut proximus offendas, permittere. D. Thom. *2. 2. question. 43. art. 7.* Laym. *lib. 2. tr. 3. c. 13. nu. 8. & 9.* Becanus *2. 2. tom. 1. cap. 17. quest. 5. n. 2 & 9. 6.* Tanner. *2. 2. d. 2. q. 6. dub. 9.* Valent. *10. 3. d. 3. qu. 18. punct. 4.* Suar. *de Charit. d. 10. sect. 3. n. 9.* Nauar. *sum. c. 14. nu. 33.*

Ad scandalum infirmorum vitandum oportet facere, vel omittere quiddam sine peccato fieri, vel omiti possit. Quia præceptum charitatis vult proximo in necessitate spirituali constituto succurri, quantum commodè fieri potest: At qui ex infirmitate, vel ignorantia per nostrum factum incursum est peccatum in magno salutis versatur discrimine. Ergo. Hoc tamen intelligo, quando scandalum pusillorum aliter vitari non potest. Nam infirmi, & ignorantes debent doceri, eiusque reddi sufficiens ratio facti: quod si non acquieuerint, ac post redditam rationem, adhuc duxer scandalum, iam ad scandalum Phariseorum ex eorum malitia transit. Doctores citati.

Ad vitandum denique Phariseorum scandalum, nil necessum est facere aut omittere cum spirituali, aut temporali detrimento. Quia qui ex malitia scandalizatur, non est in ea necessitate spiritus constitutus, ut debeat cum alterius notabili detrimento adiuuari. Vnde opera consilij ob huiusmodi scandalum non sunt dimittenda. D. Tho. *2. 2. q. 43. a. 7. & 8.*

SECTIO SECVNDA

De Charitate, Dubia.

CAPVT XVI.

Circa Charitatis præceptum erga Deum.

DVBIVM I.

An sit speciale præceptum de aliquo actu interno Charitatis, quo Deum quis aliquando amet?



PECIALE præceptum de diligendo Deum latum esse, tenent cum D. Thoma omnes eius expofitores. Valent. *2. 2. d. 3. q. 19. punct. 1.* Lorca *sect. 3. d. 47.* Torres *d. 97.*

152
De scandalis infirmorum vitando.

dub. 1. Coninch *d. 24. dub. 2. num. 28.* Sanchez *l. 2. Decalog. 3. num. 1.* Bonac. *d. 3. qu. 4. punct. 1.*

Quia *Deut. 6.* dicitur, diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo. &c. Et quia si de fide, & spe datur speciale præceptum (ut vidimus) quomodo negandum id esset Charitati, quæ nos Deo perfectius vnit. Verum hæc solummodo probare videntur dari præceptum de habenda Charitate, utpote ad salutem omnino necessaria, at non probant dari speciale præceptum de aliquo actu amoris interno. Quæserim igitur, num sit speciale præceptum de aliquo actu interno Charitatis, quo Deum quis aliquando amet?

Non est præceptum speciale. Quia in Decalogo non continetur huiusmodi præceptum. Non ergo signum est præceptum charitatis non speciale esse aliquod speciale præceptum aliquo speciali tempore implendum, sed generale omnium præceptorum, sicuti præceptum de proximi dilectione, quod Christus Dominus dixit secundum præceptum esse, non est præceptum speciale, sed in Decalogi præceptis continetur. Porro in his duobus præceptis vniuersa lex pendet. Sic Valquez *tom. de panis. question. 90. articulo. 1. dub. 4. nu. 40.* Molin. *p. 9. 63. art. 2. & 3. d. vni. memb. 2.* Ianfen *concord. Euang. 2. 81. Maldonat,*